



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

XII. Beatam dicit Virginem Bethsabee; quia ipsa Rebelles contrivit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

non comparent, tu morte quando non putas extinctum cupies revocare, & non poteris. Tertium argumentum idque fortissimum intorquet in cor David. Deus retractat & neminem vult perire, neque tibi inglorium erit sententiam retractare, & si Deus neminem vult perire, quomodo tu pateris filium tuum in exilio contabescere? Eadem Virgo allegat Deo. Me Matrem peccatorum constituit te Patrem. Quærunt multi extinguere scintillam meam & tuam. Hortatur in-
Asper Deus Virginem ut loquatur Cant. 8. Que habitas in hortis, amici ascultantur fas me audire vocem tuam. Habitat Virgo in hortis, in quibus sunt arbores contra quas clamatur. Exscindite, ut quid etiam terram occupant? Abigail secunda nondum coronati Regis David uxor, in hunc modum contra Nabalem, irā restuantem Davidem composuit 1. Reg. 25. *Suscipe benedictionem hanc, & aufer iniquitatem famule tue, malitia in te non inveniatur omnibus diebus vite tue: si enim surrexerit aliquando homo persequens te, & querens animam tuam, erit anima Domini mei cullata quasi in fasciculo vitentium apud Dominum Deum tuum, per d' inimicorum tuorum eum notabitur quasi in impetu & circulo funde.*

Quid sit esse in fasce docebit nos Itaias c. 24. *Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, & cludentur ibi in carcere.* In fasce esse est esse in quadam congregatione impiorum; at bonorum est fasciculus. Hos duos fasces Virgo proponit peccatoribus ut eos à malo abducatur. Surget contra te homo persequens, id est Christus Judex. Quamquam plurimæ in Davide virtutes emicuerint, præcipue tamen misericordia psal. 77. David in intellectibus manuum suarum parit & deduxit eos. Habeat alij solum intellectum in capite, sed non in manibus, pulchra cogitant sed non exequuntur, pro Davidis manibus testabitur Miphiboleth mensæ Regalis affessor. De Virgine loquitur *Ambr. 2. lib. de Virg.* Quando ista fecidit humilem? quando derisit debilem? quando vitavit inopem? eos solis cœtus vivorum solita invisere, quos misericordia non erubesceret, neque præteriret verecundia. Maxima est gloria Davidis, quod Sauli pepererit; sed quo motus? ipse dicit 1. Reg. 26. *Propitius sit mihi Dominus ne extendam manum in Christum Domini.* Lenticula olei effusa est in Saulem, quâ unctus est, seu factus Christus. *Oleum effusum Maria nomen tuum.* Parcet illi Christus in quo conplexerit guttam istius olei.

12. Beatam dicit Virginem Bethsabec;
 Quia ipsa rebelles contrivit.

Nathan Propheta in hunc modum descripsit Bethsabecem. *Pauper* (2. Reg. 12.)
 nita

nihil habebat omnino præter ovem unam parvulam, quam emerat & nutrierat, & que creverat apud eum cum filiis ejus simul de pane illius comedens, & de calice illius bibens, & in sinu illius dormiens, eratq; illi sicut filia. Ubi ovem appellat Bethsabeen. Sed & Virgo ut ovis nata in stabulo. *Damasc. lib. 4. de fide 15. Ad Epiph. de laud. Deip.* vocat ovem immaculatam quæ Agnum peperit. *Damasc. Orat. 1. de Nativit. B. V.* Agnâ ex qua pastor ovem induit veteris mortalitatis tunicis laceratis. Parvula est: Ecce ancilla. Unica, quia in donis singularis, Filia, quia amabilis. Non nisi de mensa Domini comedit, non aliunde nisi de calice Domini bibit, perpetuo in sinu Dei residet, iussa templo includi, voluit includi, iussa esse conjux, obedivit, iussa fugere in Ægyptum fugit: redire, rediit, in omnes Pastoris sui voluntates expedita. *3. Reg. 1. Adonias elevabatur dicens: Ego regnabo. fecitq; sibi currus & equites &c.* Ingredita est itaque Bethsabee ad Regem in cubiculum, quæ ait. *Domine mi tu jurasti per Dominum Deum tuum ancilla tuæ: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo, & ecce nunc Adonias regnat.* Non unus videtur sibi certus de regno cœlesti, interim alter regnum invadit & præcludit. Accedit Virgo, Deâ clementiam orat, impetrat. De hoc fuit sollicita cùm illi *Luc. 1. responsum, Ne timeas Maria invenisti gratiam apud Deum. Bernard. serm. 4. de Assumpt.* Hæc quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetravit, constat enim pro universo genere humano fuisse sollicitam cui dictum est. *Ne timeas Maria invenisti enim gratiam, utique quam quærebas.*

83. Beatam dicit Mariam Salomon.

Quia est Canticum illius.

Doctor Angelicus serm. de Assumpt: dum considerat epistolam quæ ex *Eccles. 24.* legitur in die Virgineæ in cœlo Assumptionis, advertit quod sex arboribus exaltatio comparetur. *Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion, quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rose in Jericho, quasi oliva sparsa in campis, & quasi platanus exaltata sum juxta aquas in in plateis.* Quarum arborum nomine vult intelligi sex ordines Beatorum, quibus S. Virgo est beator. Cedro quidem Angelicam naturam designari propter sublimitatem & incorruptionem. Cypresso choram Patriarchalem propter odoratam conversationem. Palmâ Apostolicum Collegium propter victoriam de mundi infidelitate. Rosâ purpuratos martyrum exercitus propter fortitudinem invictam effusumque sanguinem. Oliva signa Confessorum virentem multitudinem propter misericordiæ ubertate.